

~~S. H.~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

VITTEBERG.

II-14

SIGNAT. 1515 CCCXIII.

Dissert. theol. Vol. 28

einzelnd verzeichnet 19. II. 1915.





D. D. B. V.
DE
OFFICIO
MINISTRI VERBI
PARACLETICO,

DISSERTATIO THEOLOGICA,

QVAM
In Academia Lipsiensi,
MODERANTE

D. ADAMO RECHENBERG,
THEOL. PROF. PRIMAR. & FACULT. TEOL.
h. t. DECANO,

IN
AUDITORIO THEOLOGICO

D. XXII. Decembr. A. Chr. M D C C V.

PUBLICÆ Θεολογίαν εξέτασε

SUBMITTIT

M. JOHANNES DAVID ANGER,
Zigelheimens, Osterlandus, Pastor Boehlensis
Substitutus.

LIPSIAE,
Typis BRANDENBURGERIANIS.

2 0 0 0
O F F I C I O
M I N I S T R I A R E B B I
P A R V C L B T I C O
D I S S E R T A T I O A P P O D I C Y
I u A c a d e m i s F i b i g i e
M O D I F I C A N T E
D I M I O R C H E R N B R G
D I T T O F I T T O S I M U R A S A C O C T . T O M
P E D E C N O T
A u d i o g r a p h i o T H E O L O G I C O
D X X V I I M a r c u s M a r c u s
P a t r i c i o G e o r g i u s G e r a l d u s
G a m m a t i t
M I L O H A N N I S C H A U D I A C O F F E R
S i g n a t u r e s O f f i c i a l e s , P r i v a t e s , P e c c a t u r e s
S e p t e m b e r
T h i e r - E x i s t e n z i s c h e l l i n g



Ad

Perquam Reverendum

DN. RESPONDENTEM
hujus Dissertationis,
Epistola

PRÆSIDIS.

SI, qvæ adversa haec tenus fata expertus es ; mi-
ANGERE, & simul constans animi Tui pro-
positum animo expendo meo ; non possum
non divinam pronœam , qva elementer mode-
rante, illa jam superasse videris , deprædicare.
Bonis & sacris imprimis literis in nostra Acade-
mia diu sedulo incubuisti, modesteque semper Te
gessisti ac probum. Quia non ignorasti, timo-
rem Domini , vera sapientia initium esse. Ideo
qvod Apostolas gentium reqvirit, τὸ γνωρίζειν στε-
νωτον πρέστι βελαν. Tibi semper curæ fuit , insu-
per habito odio & amore eorum, qui animo in-
flati Tibi alia persvadere connisi sunt. Pluris
Tu æstimasti præceptum Apostoli ad Timothe-
um;

um: Stude temet ipsum probatum sacerde DEO; quam
mundo & insipientibus, quos mundi spiritus re-
git, placere. Hinc cum maxime generosus Dominus
Patronus Tuus, forte meo indicio de virtute & do-
nis animi Tui cognovissem, Te ad manus sacrum
in Ecclesia obeundum ultero evocavit. Cui voca-
tioni eo lubentius obtemperasti, quo certius no-
veras, Patronos Tuos Excellentissimos DEUM timere
veramque pietatem colere. Qapropter Tibi
cum de sacra sparta collata, tum de tantis Patronis
quos DEUS sospitet ac servet! ex animo gratulor,
DEUM Patrem coelestem in CHRISTI nomine
precatus; ut Te Spiritu suo regat ac laboribus
fascis gratiam adspiret, quo sine populum doce-
as sine afflictos consoleris ex verbo DEI, fructus
muneris Tui sentias uberrimos. Vale & rem fe-
liciter gere!

Deproperabam Lipsia d. XIX. Febr.

M. DCC. V.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-424690-p0008-8



I. N. D. N. J. C.

De

OFFICIO

MINISTRI VERBI PARACLETICO,

INDEX RERUM.

6. i. Consolandi Officium ministro verbi in V.T. mandatum.
2. in N. Tto. repetitum.
3. Quia id afflictorum & poenitentium status requirit.
4. Tractationis de hoc officio partitio.
5. a) subiectum consolationis est tentatus s. afflitus.
6. Afflito est a malo, quod varium.
7. Tentationes inde vel corporales, vel spirituales sunt.
8. Quæ rursus in humanas, dia-
bolicas & divinas distinguiuntur.
9. Inter quas spirituales graviores sunt.
10. b) SOLATIUM ipsum, aut est verbale aut reale.
11. Fontes solatii.
12. Diversitas eorum pro tentationum qualitate notanda.
13. In temptationibus corporali-
bus solatium ex articulo de
providentia Dei petendum.
14. In his patientia commen-
datur.
15. In spiritualibus, ex causis sa-
lutis animæ universalibus,
solatia depromenda.
16. y) OFFICIO PARACLETTI-
CUM REQUIRIT TUM APTITUDINEM
TUM PRUDENTIAM ministro ne-
cessariam.
17. Aptitudo a Deo est.
18. Ad quam experientia mini-
stri pertinet.
19. Ubi eruditio, & notitia oce-
nomia salutis nostræ in ver-
bo Dei manifestata, neces-
saria.
20. In corporalibus temptationi-
bus, articulus de providen-
tia Dei, recte intellectus so-

A

latii

- 33 (2) 33
- lati argumenta fidelibus sup-
 peditat: in spiritualibus vero
 oeconomia & dispensatio
 gratia cogniti necessaria.
 21. Formula concordiae art. XI.
 eam designat in oratione
 22. Prudens consolatoris tribus
 fere partibus constat.
 23. a) Est tentationis, qua affli-
 ctus angitur, prudens explo-
 ratio.
 24. b) Notitia vita tentati an-
 teactae, item caussæ tentatio-
 nis; an physica, an morales sint?
 25. y) Prudens solatii idonei pro
 qualitate afflitti, attempera-
 tio.
 26. Solatia, quæ in temptationibus
 corporalibus convenient.
 27. Malorum seu temptationum in
 his discrimen observantur:
 ne dona mortalia, mortalia & ri-
 pueria confundantur.
 28. Solatia non sine discrimine
 qualitatis miseriarum perso-
 narum profundenda.
 29. Cautela hujus declaratio.
 30. Dispensatio gratia divina
 est ordinata, ac adeo non abs-
 que discrimine personarum,
 poenitentes, an impeniten-
 tes sint, adplicanda.
 31. Spiritualium temptationum ori-
 go, indoles & medela
 32. Origines earum a carne, mundo,
 diabolo.
 33. Indoles temptationum a ten-
- tatis magis sentiri, quam defi-
 niri potest.
 34. Medela ex myrothecio verbi
 divini petenda est.
 35. Id autem praincipue est Eu-
 angelicum.
 36. Gravissima tentatio christia-
 ni, spiritualis est de gratia Dei,
 & salutis animæ certitudine.
 37. Heic quoad priorem tentati-
 onem mitigandam, H. Wel-
 lerius vivi solatii fontes indi-
 cat.
 38. Quoad alteram (de certitu-
 dine salutis æternæ) ille iti-
 dem solatia suppeditat.
 39. Quæ dictis & exemplis con-
 firmantur.
 40. Certitudo salutis in hypoth-
 eticam & absolutam distinguitur
 & declaratur.
 41. Tentatio ex doctrina divina
 de termino gratia penitus
 exceccatis & induratis, a
 Deo judicialiter, ob pravitatem
 incorrigibilem malitiam, an-
 tem mortem corporalem fixo,
 proponitur.
 42. An illa forte ob casum ten-
 tationis, reticenda aut negan-
 da sit?
 43. Respondetur ex S. Scriptu-
 ra per duas instantias liqui-
 das & notas, negando.
 44. Quæ instantia dilucidantur.
 45. Quid prudenti in tali tenta-
 tionis casu consolatori, ex fa-
 nio-

- (3)
- niortum Theologorum consilio agendum sit, ostenditur.
46. Deinde ad objectionem ex §. 47. allatam directe respondeatur, & scrupulus ostenta solidia ratione tollitur.
47. Ubi differunt inter *indurationem*, que pervicacissimi hominis peccatum est, & illam, que *justissima* Dei pena est, ex Formula Concordiae declaratur.
48. Non mors corporalis, sed antecedens pervicax malicio-
- fi peccatoris propositum perseverandi in peccatis regnabitibus, causa meritiora amissionis gratia est.
49. In *ibidem ergo* deserto Dei totalis non neganda; sed ad *hypothesen* & applicationem non temere procedendum est.
50. Comprobatur ex B. Lutherio & aliis.
51. Scrupulus hic objectus diluitur.
52. Epilogus votivus.



Um plures S. Ministerii partes sint, tum illa non postrema est, afflictos atque tentatos Christianos e divino verbo prudenter erigere; ne spes eorum, que saepius infirma est, collabefcat. Requirit enim Deus a ministris Ecclesiae, ut somnolentos peccatores non tantum excitant, & peccata, quibus immersi sunt, illis ante oculos sistant, *Ez. LVIII, 1. Exclama gutture, ne cohibeto: tanquam buccina extolle vocem tuam & indica populo meo defctionem ipsorum, & domui Jacobi peccata ipsorum:* Sed iisdem etiam mandavit, ut miseris solatio egentibus, id largiter instillent *Esa. XL, 1. Consolamini, consolamini populum meum, dixit Deus vester, loquimini ad cor Jerusallem.* Prophetae sane, qui divino iussu gravissimas saepe penas populo denunciarunt; subinde tamen, habito respectu poenitentium, comminacionibus istis solatia admissuerunt invictissima. Id quod exfidelissimi servi Dei Mosis gravissima concione ad populum Dei

A 2

Deu-

Deuteron. **XXVIII.** intelligi datur. Hinc Dominus Jeremie dixit, cap. **XVIII.** v. 7. 8. Quo momento eloquar contra gentem & contraregnum, me conviurum & demolitum & perditum esse: Si convertatur gens illa a malo suo, contra quam locutus fuero, paenitebit me quoque ejus mali, quod cogitabam facere ei. Et Ies. **XXX.** v. 8 17. non tantum legem intonat, sed statim v. 18, 19. 20. in gratiam paenitentium, divinam erga illos gratiam prædicat. Quia lex & evangelium simul prædicanda sunt; sed cum distinctione & ordine a Prophetis & Apostolis demonstrato.

§. II.

Inde maxime in N. T. Evangelii præconibus non tantum incumbit, credenda & facienda hominibus tradere; sed operet quoque in promptu habere viva solatia fidei & spei fidelium firmandæ idonea; ut quæ iheranda crucifixis presidis cognoscantur & mente teneantur. Ita enim Christus ipse discipulos suos suo exemplo alios erudire & consolari docuit, Job. **XIV.** 10. seqq. c. **XI.** 33. Quod Apostoli in epistolis suis itidem observarunt, Rom. **I.** 11. 12. Expeto videre vos, ut aliquod impertiar vobis donum spirituale, ut vos stabiliamini, hoc est (συνταξασθητε) ad communem exhortationem percipiendam apud vos, per mutuam fidem vestram simul & meam. **I. Thess. II.** 11. Sicut nos es, quomodo usumque vestrum, tanquam pater liberos suos, hortabamur & consolabamur, & Cap. **V.** v. 14. Rogamus autem vos, fratres, admonete inordinatos, **CONSOLAMINI** eos, qui pusillo animo sunt: sublevate infirmos, iram cobibete erga omnes. Hoc etiam fine, Ephesii christianis Tychicum misit Paulus, ut ipsorum corda confundatur, Epbes. **VI.** 22.

§. III.

Etenim duplex genus hominum in ecclesia reperitur; unum securum; alterum quidem pium. Deindeque timens; sed

5

sed calamitate pressum: Illi corrigendo, opus est lege, ut ad agnitionem peccatorum adducantur & vitam emendent suam: hoc vero solatio indiget, ut spes collapsa erigatur aut infirma consolidetur. Præcipua ideo munera ecclesiastici pars est, Legem & Evangelium habito auditorum discrimine, prudenter tractare & applicare; ne solatia securis propincentur, tentati vero legis comminationibus nimium terreantur, Rom. XV, 4. 2. Timoth. III, 10. id quod ad τὸ δεθομέντον λόγον τῆς ἀληθείας, pertinet, 2. Timoth. II, 15. v. Form. conc. Decl. art. V.

§. IV.

Hæc me causa impulit de OFFICIO ministri verbi PARACLETICO quedam tradere. Primum igitur de SUBJECTO seu TENTATO ET SOLATI INDIGO, deinde de SOLATIO EISUSQUE FONTIBUS, & denique de OFFICIO MINISTRA hæc in parte DEBITO agemus. Quod institutum, ut Deus fortunet, atque insanctissimi nominis sui gloriam & nostram ædificationem cedere jubeat, ipsum in Christi nomine devote precamur.

§. V.

SUBJECTUM, seu tentatus & afflictus christianus solatii indigus, rectius intelligi poterit; si quid afflictiones & tentationes sint, qua a malo, a quo nullus in hoc mundo homo fidelis immunis est, breviter declaraverim, Ebr. XII, 6. Quem diligit Dominus, castigat: flagellar autem quemcunque filium agnoscit, Apoc. III, 19. Quoscumque amo, arguo & castigo, Proverb. III, 12. Quem diligit Jebovab corrigit: & quidem ut pater filium, cui bene vult &c. Syr. II, 1. Tob. XII, 13.

§. VI.

Mala autem, quæ animum hominis angere solent, variis sunt generis. Quadam corpus præcipue afficiunt, ut morbus, famæ, sitis, aestus, frigus, Rom. VIII, 35. 38. 39. Job. II, 7. Egref-

Jus igitur Satan a conspectu Iebo*u*is; percusit Jobum ulcere
pessimo a planta pedis ejus usq; ad verticem ejus. Quidam
fortunam aut sortem hominis attingunt: ut paupertas, exi-
lium, injuriæ, calumniae, persecutio[n]es & alia mala s[ecundu]m do-
mestica: Job, I, 14-17. Psalm, LIV, 5. Exteri infuriant in me,
¶ violenti querunt vitam meam: non proponunt Deum sibi ma-
xime. Psalm, XVIII, 5, 6. Laudatum invoco Iebo*u*am ¶ ab
inimicio meis servabor. Circumstantibus me doloribus mortis ¶
torrentibus hominum nequam perterrentibus me: Doloribus
sepulchric circumventibus me, occurrentibus mibi tendiculis mor-
tis. Quidam animum imprimis turbant atque excruciant:
ut tentationes, luctus & tristia ob mala præsentia, metus im-
minentium calamitatum, belli, luis pestiferæ, caritatis anno-
næ, maximæ vero sensus peccati atque offensæ divinæ, & de-
nique mortis ac judicii extremi.

§. VII.

Tentationes hinc varia oriuntur, quæ animum hominis
tristem reddunt atque anxiū. Harum aliquæ foris adve-
niunt; aliqua intus a prava concupiscentia aut pravis cogi-
tationibus proveniunt. Inde illæ vulgo in *Corporales & Spi-
rituales* distinguuntur; quarum illæ calamitates corporis
& fortunæ vocantur, ut in §. *antecedente* annotavimus: haec au-
tem sunt angores animi, vel a carne, mundo & diabolo exci-
tati, vel a Deo immisi. Ps. XLII, 7. LXIX, 1. 2. Cor. XI, 23.
seqq. c. XII, 7. 8. 9. Harum discrimen quoad causas & circum-
stantias sollicite a consolatore animadverti merentur: ne
quæ a carne, mundo & diabolo proveniunt, Deo tribuan-
tur; & vicissim, qua a Deo sunt, diabolo inputentur, fo-
latiumpque minus recte temperetur. Tentationes enim Dei
in bonum & salutarem finem tendunt. quia neminem ten-
tat ad malum: contra mundi & diaboli tentationes pericu-
losæ sunt, Jac. I, 13. Hinc Augustinus Epis. 146. scribit: quod a-
lia

lia tentatio sit deceptions, quam diabolo tribuit; alia probations, quam Deo tribuit, *Deut. XIII, 3.*

§. VIII.

Tentationes inde triplici modo ab aliis distingvi solent. Sunt primo *humane*, quæ ex imbecillitate carnis suboruntur; quando homo cogitationibus curisque ob penuriam bonorum temporalium, aut melioris fortunæ angitur; Secundo *diabolice*, cum Satanæ pravas homini suggesterit vel inspirat cogitationes: quibus si quis indulget, ad peccandum vel desperandum hominem impellit: qualis erat tentatio Saulis, Achabi, Judæ Ischariota & aliorum; tertio *divine*, cum Deus immittit calamitatem, ut fidem hominis exploret, vel potius aliis manifestam reddat: ut fuit tentatio Abrahami, *Gen. XXII*. Jobi & aliorum Sanctorum. De illa temptatione Tertullianus de *Orat. c. IX.* bene loquitur: *Ceterum absit, ut Dominus tentare videatur, quasi aut ignoret fidem cuiusq; aut dejicere gestiens: Diaboli est & infirmitas & malitia. Nam & Abramum non tentanda fidei gratia sacrificare de filio jussérat, sed probande; ut per eum faceret exemplum precepto suo, quo mox precepturus erat, ne pignora Deo cariora habenda.*

§. IX.

Intra omnes has *tentationes, spirituales* gravissimæ sunt: quæ ita dicuntur, quod ob carensiam bonorum spiritualium aut defectum sensus istorum, angores animi concident. Quales in pios Deumque timentes saepius cadunt. Exempli loco & quidem instar omnium hieropsaltæ David est; qui ipse qui in multis Psalmis de his anxie queritur, Deum precatus, ut se hiscens liberet, *Psalm. XIX, 5. 6. XLII, 7. LXIX, 1. seq.* Has nemo recte intelligit, nisi, qui ut veteres loquuntur, Davidica gustavit.

(8)

§. X.

Viso ita SUBJECTO TENTATO solatii indigo, de SOLATIO EIUSQUE FONTIBUS dicere ordo polcit. SOLATIUM autem est aut *verbale*, aut *reale*. Illud constat oratione, qua afflicti aut tentati animus promissione liberationis a malo, aut expectanda salutis, in verbo Dei facta erigitur; ne eluctandi spem omnem abjiciat. *Reale* est, cum Deus tentato re ipsa gratiam impertitur & auxilium praefat atque eum a malo liberat, ut in verbo suo promisit. Ubi ramen suas auxillii horas & moras habet; ut uni citius, alteri tardius succurrat.

§. XI.

FONTES SOLATII in temptatione sunt providentia divina, & dilectio Dei Patris erga genus humanum ineffabilis; Christi redemptio & salus per satisfactionem Patri pro omnibus praestita & acquisita; & Spiritus S. grata opera, qua per Verbum & Sacraenta in omnibus, qui illi non malitiose repugnant, fidem accendere, cordaque nostra illuminare atque sanctificare vult. Tota enim SS. Trinitas in procuranda hominum salute æterna, operosa est. Itaque hæc beneficia Dei maxima quotidie homini devote expendenda sunt, ut in temptatione solatium suppetat. Solatium enim divinum a Patre ac Deo omnis solatii 2. Corinth. I, 3. Christo paracleto, 1. Job, II, 1. Spiritu S. paracletu, & scrutatore τὸν βασιλεὺν ἡγεμόνα Ι. Cor. II, 10, datur.

§. XII.

Quia vero tentationes, ut jam præmonuimus, diversi generis sunt; nempe quædam ob calamitatem temporalem & adversam afflictamque in hac vita ferturam oriuntur; quædam vero ob salutem animæ ex defectu fidei, spei & dilectionis, animum nostrum læpe cruciant, quæ spirituales vocantur. Hinc pro diversa temptatione molienda aut tollenda, diversi fontes solatii in S. literis indagandi sunt.

§. 13.

In temptationibus ex malis corporis aut fortunæ subortis, articulus de *providentia Dei*, qui in Symbolo Apostolico primus est, fontes solatii indicat. Si enim omnes homines Deo Creatori ac Patri optimo curæ sunt, ita; ut nihil mali ipso inscio & invito accidere nobis queat. Matth. X, 29. manifestum est, illa mala, molestia licet, nobis noxia esse haut posse. quod Apostolus Ebr. XI. longa exemplorum serie producta in medium confirmat. confer D. Baldini tract. de Cas. conf. l. III. t. 4. cas. 3.

Patientia ergo nobis a S. Paulo tantopere commendata in afflictionibus hujus seculi opus est, Rom. V, 5. 4. c. VIII, 25. XV. 4. 2. Cor. I, 6. Ephes. IV, 2. Coloss. III, 12. 2. Thessal. III, 1. Tit. II, 2. Hebr. X, 36. ut spe melioris vitæ, damna hujus vitæ levemus. Iacob. I, 12. Virtus enim hæc ex vera fide atque spe nascitur, animosque fidelium in omni cruce erigere magis atque firmare valet, quam omnia argumenta ex Philosophia petira. Id quod Apostolus Rom. V, 3. 4. c. VIII, 35. seqq. Ebr. XI, 17. 19. 25. 36. 37. nos docet. Stoici quidem ex Philosophiæ suæ scitis, qua apud Senecam, Epictetum & Arrianum leguntur, multa hic solatia etiam suggestur; sed quæ cum fide christiana comparata, frigida nulliusque in magnis angoribus animi roboris sunt. Hinc Augustinus Epist. 121. p. m. 644. recte scribit: Solatum verum est, quod per Prophetam Dominus promittit, dicens ex Es. LVII, 18. 19. Dabo illis solatum verum, pacem super pacem: sine quo solatio, quecumque sunt terrena solatia, magis in eis desolatio, quam consolatio requiritur.

Ad tentationes vero spirituales superandas, remedia ex causis salutis nostræ & promissionibus gratiæ universalibus in §. XI. jam indicatis præcipue petenda sunt, ita; ut verbum

Dei, Sacra menta & preces convenienti ordine adhibeantur,
quibus ignita rela Satanae extingui posunt, Ephe. VI, 10-18.
quod infra uberioris demonstrabitur.

¶ Ad OFFICIUM igitur ipsum ministri verbi PARACLETICUM
progredimur, in quo exponendo due præcipue partet ante
sunt animadvertenda. Una ministri inzvōrnt seu aptitu-
dinem ad id Obeundum complectitur: altera vero prudenti-
am tum in discernendo afflictorum & tentationum genero
ac personarum statu spectat, tum in quærendis & applican-
dis idoneis debitisque solatiis, quæ verbum Dei abunde sug-
gerit.

¶ Hinc quod primam partem, in iuxavōrnta seu aptitudinem
attinet, illa ex Deo est 2. Cor. III, 3. 2. Timoth. II, 2. Jacobi
I, 7. Nam et si cognitio Dei viaque salutis universæ ordi-
narie ex S. Scriptura, debita industria atque studio compa-
ratur; cum extraordinaria Prophetarum & Apostolorum
zeugia pertinet, ad quæ etiam nō degenerare pertinet, cessarint; quia
tamen ut Dannbauerus noster definit in Hodosoph. Christ. p. II.
Theologia nostra, qua prædictum esse oportet ministrum ver-
bi, est habitus divinitus datus in conscientia pura ac animo de-
voto, qui hominem summe miserum efficiat doctrinæ ad salutem,
vitamq. eternam reddit; adparet simul solam literalem Scri-
pturæ notitiam, quæ industria humana paratur, & in quem-
vis etiam profanum hominem. Literas legentem cadere pot-
est, non sufficere ministro verbi, si cum optato fructu gra-
viter tentatos consolari instituar. Nam et si verbum Dei et
iam in consolando per se efficax sit in suo debito usu auditio-
nis, lectio nis & meditationis; Sit tamen ipse minister divino si-
dei lumine collustratus, vere Spiritualis audit, rectius atque
majori cum fructu verbum divinum solatii plenum penetra-
bit,

bit, & pro statu tentatorum diverso, divina gratia coope-
rante, applicabit: ut tentatus ejus virtutem tandem sentiat.

§. XVIII.

Qua de causa saniores & prudentiores Theologi omnes
cum Lutheru nostro, ministrum verbi pium & tentationibus
exercitum, profano (licet magis eruditio atque humana sapi-
entia forte inflato) hanc in parte officii longe praeferunt. Non
tentatus enim qualia intelligit? Eccl. 12. 3. Tentatio au-
tem experientiam parit, Rom. V. 3. 4. qua instructus minister
verbi rectius tentatis consulere atque solatia attemperare
nōrit. Id quod Lutherus satis ipse tentatus, non uno
loco nos docet: Vivendo, inquit, immo moriendo & damnan-
do sit Theologus, non intelligendo, legendo, aut speculando, tom.
II. Lat. Jen. in Psalm. V. f. 53. Et iterum: Tentatio macht einen
Mann / securitas facit spiritus fanaticos, qualis Carolbadius
& alii fuerunt, qui Deum metiuntur speculative, & includunt
cogitationibus suis. Ideo sunt bartologi & imperiti rerum spi-
ritualium, tom. VI. Witteberg. f. 558. idem in prefat. Tom. I.
Germ. Jenens. f. 10. Tentatio Anfechtung ist der Prüfstein/die
lehret dich nicht allein wissen und verstehen/ sondern auch erfah-
ren/ wie rech/ wie warhaftig/ wie süsse/ wie lieblich/ wie
mächtig/ wie tröstlich Gottes Wort sey/ Weisheit über alle
Weisheit. So bald Gottes Wort aufgehet durch dich/ so
wird dich der Teuffel heimsuchen/ dich zum rechten Doctor
machen/ und durch seine Anfechtung lernen Gottes Worte
lehrnen/ Gottes Wort zu suchen und zu lieben. Denn ich sel-
ber habe sehr viel meiner Papisten zu danken/ das sie mich durch
des Teuffels Loben so zuschlagen/ zu drenget/ zu ängstet/ das
ist/ einen ziemlichen guten Theologum gemacht haben/ dahin
ich sonst nicht kommen wäre. Id discipulus ejus in schola cru-
cis itidem probe exercitus D. Hieron. Wellerus de modo &
ratione concionandi p. 3. attestatur: Theologitentati altius scri-

pturam introspicunt ac melius verborum pondera expendunt;
 Sie können besser in die Schrift sehen ac quod Apostolus 2.
Cor. I, 3, 4, 5. etiam confirmat: *Benedictus Deus ac Pater Do-*
mininostri Jesu Christi, Pater ille miserationum & Deus omnis
consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, ut
& nos consolari possimus eos, qui in omni tribulatione sunt, ea
consolatione, qua nos ipsōs consolatur Deus. Laudatus modo
Wellerus de Doctore suo Lutherò memorat; cum quidam ex
convictoribus D. L. s. m. eum interrogarent; qui posset ipse
ita concionari, consolari, ut quisq; auditorum ad se proprio su-
as conciones pertinere arbitraretur, non aliter ac si cuiusq; af-
flicti tentatio sibi nota esset, & penetralia cordis ipse introspi-
ceret? Respondit: Hoc me artificium mea tentationes docue-
runt: addens: Haec scio, an illa sit tentatio, quam non ex-
pertus sim, excepta avaritia. Sed nolo tamen id affirmare,
nec velim, ut arrogantiis hoc de me dictum esse quisquam exi-
stimet. Inde pergit Wellerus. Hec eo adiici, ne juniores Theo-
logi hanc falsam & pernicioſam opinionem induant, se in con-
solando natu majoribus & peritoribus pares esse. Idem in An-
tidoto adversus tentat. com. Latin. Opp. part. 3. f. 95. Ad bac
rectius & efficacius consolari poterunt alios, qui in eadem schola
deducti sunt. Nemo enim afflicti rectum consilium dare, nec
firmam consolationem afferre poterit; nisi qui & ipse in eadem
arena sudaverit, h. e. easdem letales cogitationes expertus sit:
is denum novit, quibus verbis & rationibus in sanando agro-
to & sauciato animo utendum sit. Hinc iterum sol. 115. mo-
nit: Querat igitur primum minister ecclesie: qua tentatione
crucientur, postea remedium istius temptationis adhibeat, atque
in eo imitetur sapientem ac peritum medicum, qui primum ge-
nus morbi diligenter observat, deinde convenienter morbo reme-
dium parat. Sunt enim quidam importuni consolatores, qui, u-
bi ad egrotos ventum est, multa dicta scripture coacervant,
qui-

quibus decumulentis magis obtundunt, & perturbant, quam confirmant. Testimonia scripture non modo in concionibus, sed etiam apud agrotos scite & commode citanda sunt. Sed hoc nemo præstare potest, nisi vir doctus & certaminum spiritualium peritus. Danda igitur opera est cibis, ut piros, eruditos ac peritos ministros ecclesie comparent, eosque liberali stipendio ornent at foveant. Idem de modo & ratione concionandi scribit: Doctores Ecclesiæ probe tentati, primum accuratius, & diligentius, majoreque cum reverentia verbum Dei trahant, ac scripturam interpretantur, ac melius verborum, pondera expendunt, quam otiosi & securi doctores. Deinde, majore felicitate & dexteritate afficias mentes docere &, confirmare possunt, meliusque ad captum auditorum sese, accommodare. Postremo vigilantes & circumspecti, res sunt in oblevandis technis & infidiis diaboli. E contra, vero neophyti, primum non habent satum judicium: secundo sunt curiosi: tertio πολυτράγουος: quarto superstitionis; quinto ambitiosi: sexto inconstantes; septimo præcipiti, tantes judicia & consilia. Notanter hinc *Danzauerus* in *Latein Catech.* part. i. p. 459. Was will ein Prediger von Anfechtung sagen, wenn er dem Satan nie unter den Spiesch gerathen kan er auch anders davon reden als ein Kind von der Farbe oder als einer der nie keine todtene Mann gesehn/von Schlachten und Scharmügeln? Quibus assertis tamen vir beatus, juniores Timotheos piosque Verbi præcones a consolandi munere non exclusos cupir. Quia tales, si ut par est, in divinis literis devote versati sunt, arque cupiditates seculi jam exuerunt, & que ac multi forsitan seniores, solatii fontes tentatis demonstrare eosque erigere apti sunt. Præsertim si ex aliorum experientia quoque rectitis sapere jam didicerint.

§. XIX.

Interim veram eruditionem theologicam & imprimis

B 3

noti-

notitiam universæ œconomiaæ salutis nostræ in verbo Dei delineatæ, in ministro verbi idoneo maxime requirimus: Nempe ut quæ scitu, creditu, factu & speratu in hac vita ad salutem æternam homini necessaria sunt, non superfunctione didicerit. Ad quam præter articulum de providentia divina circa res humanas & viam salutis, & doctrinam de cruce; etiam legis ac evangelii doctrinatum in theoria & praxi recte tractanda pertinet, 2. Timoth. II, 15. Id Lutherus in Comment. in Epist. ad Galat., abunde docet. Ad vera enim & solida solatia a falsis & imaginariis dignoscenda & adhibenda pro diversa tentatorum sorte, atque conditione malorum, usus utriusq; doctrinæ temperandus est; ne pavida conscientia comminationibus legalibus nimis terreatur, & e contrario præfratris peccatoribus promissiones evangelicæ sine prævis poenitentiæ signis promiscue offerantur, Ezech. XIII, Matth. VII, 6.

§. XX.

Ut autem in tentationibus corporalibus, qua a malis exterris utplurimum nobis accidunt, animadvertenda divinæ providentiaæ documenta in verbo Dei consignata, ejusque eventus singulares observari debent; quo in simili casu, tentatis in memoriam illa revocentur ipsique erigantur, ne animum desponteant: Ita in tentationibus spiritualibus, qua afflictum animæ statum attinent, œconomiam salutis, hoc est, doctrinam de proposito, consilio, voluntate & ordinatione Dei (omnia videlicet, quæ ad nostram redemtionem, vocationem, justificationem & salutem pertinent) minister paracleticus, simul mente complecti tenetur: ut inde juxta divinum ordinem pro tentatis solatia depromat atque applicet. Quamobrem ordo decretorum divinorum de salute nostra, in Formula Concordie Artic XI, p. 802. sequ. ex Rom. VIII. Ephes. I. Matth. XXII, designatus huc maxime facit; ut illum

recte

recte juxta Scripturam intelligamus, ac in casu temptationis spiritualis adhibeamus.

§. XXI.

Videlicet, quod Deus optimus misericordissimus ac sapiensissimus in suo consilio & proposito decreverit haec : 1.) ut humanum genus vere redimeretur, atq. cum Deo per Christum reconciliaretur : qui nobis innocentia atque perfectissima obedientia, sanguine ac morte acerbissima iustitiam, qua coram ipso valet, & vitam aeternam promeruerit. 2.) Ut Christi meritum ejusq. beneficia, per verbum & sacramenta nobis offerrentur, exhiberentur & distribuerentur. 3.) Decrevit etiam, e Spiritu S. suo per verbum annunciatum, auditione perceptum & memoriae commendatum, velle in nobis efficacem esse, & corda ad veram penitentiam agendum infectere & in vera fide conservare. 4.) Illius eternum propositum est, quod omnes, qui penitentiam vere agunt, & Christum vera fide amplectuntur, iustificare, in gratiam recipere, & in filios & heredes adoptare velit. 5.) Quod siue iustificatos, in vera charitate sanctisca-
re velit, ut Apostolus testatur Ephes. 1, 4. 6.) Idem in eterno suo consilio proposuit : se iustificatos etiam in multiplici & varia i-
psorum insinuitate, adversus diabolum, mundum & carnem de-
fensurum, & in viis suis deducturum atque gubernaturum, &
seipsci facient, manum suppositurum, ut in cruce atq. tentationi-
bus solidam consolatioem percipient, atq. ad vitam conserven-
tur. 7.) Illius eternum decretum est, quod opus illud bonum, &
se, in illis incepturn promovere velit ; se modo verbo ipsius tan-
quam scipioni constanter irritantur, ipsius opem ardentibus
precibus implorent, in gratia Dei perseverent, & dona accepta
fideliter & bene collocent. 8.) Ille item in eterno consilio suo
decrevit, quod eos, quos elegit, vocavit, iustificavit, in altera
eterna vita salvos facere & eterna gloria ornare velit, vid.
Form. Conc. Artic. XI. cit. loc.

§. XXII.

Data ergo hac, quam declaravimus, ministri paracletici aptitudine; sequitur alterum requisitum, quod in verbi ministro poscitur. Hoc est PRUDENTIA PARACLETICA, ut supra §. 16, insinuavimus. Quæ tria potissimum in munere paracletico attendenda respicit: Primum est tentatio, qua afflictus angitur; alterum personæ afflictæ status; tertium conveniens pro illo statu solatium ex verbo Dei depromendum, conf. Dannhäuser. *Theolog. Cons., tom. I, p. 338. seqv.*

Tentatio primum, vel est mœror animi ex malo corporis aut fortunæ; vel est angor animi ex malo animæ spirituali, h.e, ex defecu aut imbecillitate fidei, spei ac dilectionis Dei, aut ex sensu iræ divinae metuque damnationis ortus: quod supra §. 7. 8. 9. indicavimus.

Deinde personarum, quæ solatia privatum (nam publice pro concione omnibus vere poenitentibus promiscue propinatur, adplicatione credentibus relista,) desiderant; vita anteacta, quantum licet, exploranda venit, videndumque est; an serio ob peccata doleant, an tantum ex metu poenæ, ut olim Rex Ebræorum Saul, 1. Sam, XXVIII, 15. Antiochus 2, Maccab. IX, 23. contristentur, cordisque contritionem magis simulent, quam veram externæ poenitentia signis cum fide prodant. His enim sine prævia admonitione, ut sincera confessio eliciatur, non statim solatia proponenda sunt. Ubi vero consolatori de persona tentata vita miseraq; ejus sorte constat; eam nempe corde vere contrito esse, ac tantum solatia sittire, ex signis admodum probabilibus poenitentia noverit; tum illa pro tentati conditione ac statu cognito, ex verbo Dei exprimi debent 2. Sam, XII, 13; Luc. VII, 37-38-47. Multo vero etiam ob temperamentum melancholicum sibi tentationes

nes aut mala fingunt, quæ tamen imaginaria sunt atque ex virtuata phantasia proveniunt; in hoc casu, inquam, si melancholia ex causis physicis invalescit, medicorum prius opere & consilio opus est, quam pharmaca spiritualia adhibeantur. Nisi enim tentatus simul mentis lue composit, frustra erunt solatia ministri verbi omnia, antequam mens sana discussisphantax nebulis fuerit. De his D. Baldini Tract. de Casib. Conf. I. III. 4. legi meretur. Interdum tamen mente integra pios Deus cibrationes Satanæ experiri sinit, utin agonibus animæ, nullam solatii vim ad tempus sentiant. Ps. LXXXVII, 4. Job. VII, 15. Quodad occultas Dei vias referendum est, simulque attendendum illud Esaie c. LVII, 25.

§. XXV.

Atqueinde tertio, solatia morbis animi diversis curandis idonea invenienda prudenterque applicanda veniunt. Ut enim prudens medicus diversos morbos diversis pharmacis curat: ita doctor paracleticus, cognitis animi tentati morbis, diversa pharmaca aut antidota illis medendis apta, ex myrothecio verbi divini adhibere debet. Id quod absque prudenter & experientia sive propria sive aliena raro fieri solet. Confer. D. Danhaueri Theolog. Conscient. tom. I. p. 334. seqv. 336. seqv.

§. XXVI.

Hoc paulo distinctius pro diversis temptationum caussis & casibus declarandum venit. Nempe aliqui malis corporis, ut morbo diurno, fame, tentantur: aliqui malis fortune, egestate rerum incendio aut alio infortunio ablatarum, exilio, carcere, infelici conjugio, viduitate, inimicitia, calumniis aut persecutione ac similibus malis anguntur, quæ animum hominis turbant ac velut exedunt. In his casibus, solatia ex articulo de divina providentia, de Dei bonitate, sapientia & misericordia petenda sunt. Nempe quod sine Dei provida

C

cura

cura, directione atque benigna voluntate, hominibus nihil accidat, Matth. VI, 25. seqq. X, 39. Rom. II, 28. quod Deus tanquam benignus Pater, quandoque liberos suos fideles castiget, Ebr. XII, 6, 7. seqq. ut eorum fidem & patientiam explore, carnis pravas cupiditates coercent, falsidium vanitatis mundi, & desiderium bonorum coelestium excitet, atque omnina illa, quæ mala videntur, ad lætiorem finem dirigit, Rom. VIII, 23. Act. XIV, 22, 2. Cor. I, 6. cap. IV, 17. c. VIII, 28. Quod Paulus Ebr. XI, XII, 1. Cor. X, 13; multis fideliū exemplis ex V.T. adductis confirmat. Confer, Senece Epist. CVII. & H. Grotii Epist. ad Maurerium, que ad Gall. est. 20. Nihil accidere potest aut Deo omnītente ignaro, aut omnipotente penitus invito. - Decretum illud Dei inexpugnabile est: Omnia in bona cedere Deum pure venerantibus. Conf. August. Epist. 121, 122. Si tentatus in acriori agone constitutus solatium non sentit, precibus instandum, ut gratiam suam Deus adspiret. Nam & consolatori accidere potest, quod de medico poëta dixit: Non est in medico semper relevetur ut ager.

§. XXVII.

Mala hæc communi vocabulo, Crux vocantur, item jugum Christi, Matth. XI, 29. mortificatio, 2. Cor. IV, 10. Gal. 1, 1. Thess. III, 4. sevōχωγία Rom. VIII, 35. 1. Petr. I, 6. calix Domini Psal. LXXV, 9. XXVI, 13. Marc. X, 38. Hinc notum illud discrimen inter calamitates & mala, quæ homini in hac vita accidunt, notandum venit. Quadam enim ad donipartiarū ad exploracionem & denudationem secretorum animi pertinent; qua nempe exploratur animus tentati, quid in schola Christi profecerit; an crucem Christi lubenti animo suscepit & patienti animo ferat. Hujusmodi crux fuit tentatio Abrahami, Genes. XXII. Carcer Josephi, XXXIX, 20. Jobi, c. I, 11. calamitas Hiskiae, 2. Paralip. XXXII, 33. Es. XXXVII. & c. XXXVIII. et c. in miseria, Job. IX, 1. & similia. Quadam vero mala

ad

ad παιδείαν spectant, qua Deus poenitentiam ob antegressa peccata in homine excitat, *Psal. LXXXVI, 10. CXIX. 134. 2. Paralipp. X, 9. Jerem. XXXI, 18. & XLVI, 25.* Quæ igitur hujus generis mala sunt, a propito Numine infliguntur, & nota dilectionis paterna sunt, *Proverb. XIII, 24. 1. Cor. XI, 32. Ebr. XII, 16. Apocal. III, 19.* quæ meliori sorte tandem permutantur, *2. Cor. IV, 17. Jacob V, 7. 8. 10. 11. Quedam ad τιμωρίαν seu malum pænæ, pertinent, quod ab irato judice propter peccata regnaria contumacibus ac impenitentibus irrogatur.* Hujus mali poenæ species variae sunt, mors spiritualis (quæ & mors gratiæ dicitur,) mors temporalis cum antegressis poenis temporali bus, aliisque ærumnis vitæ ac calamitatibus epidemicis, bello, fame, egestate, captivitate, ignominia, & tandem, nisi seria poenitentia interveniat, mors æterna. His malis ingruentibus, afflitti non continuo promiscue consolandi, sed improbi ante graviter objurgandi & ad seriam poenitentiam vitæque emendationem cohortandi sunt: ut peccata sua prius agnoscant, doleant, vitam emendent suam, orent, ut Deus, quantum salva justitia sua fieri possit, poenam mitiget, ne & æternum exitium ipsi incurant. Quia in parte ministris Ecclesiæ methodum erudiendi populum degenerem ac contumacem omnes Prophetæ ostendunt; quippe qui in calamitatibus publicis non nisi penitentibus gratiam Dei ejusq; auxilium promiserunt, *Mich. II, 7. Jerem. XVIII, 11.* Si autem in peccatis induruerint, Deus cap. cit. vers. 17. derelictionem eorum & subtractionem gratiæ denunciat, *Ezech. XVIII, 24. Jes. XXII, 14. c. XXVI, 10. c. XXIX, 9. 10. Amos VIII, 2. 3. Prov. I, 28. seqv.* quæ pro concione a fidele atque prudente verbi præcone hautquam reticeri debent.

§. XXVIII.

Hac etiam de causa prudentiores & dispensatio nis gratiæ divinæ periti doctores requirunt; ne mi

nister verbi promiscue , contra ordinem in S. Scriptura designatum, omnibus in turba populi præfractis peccatoribus, absque discrimine, solatia & gratiam Dei annunciet , aut in ultima mortis hora eam semper paratam polliceatur. Graviter tales imprudentes & intempestivos consolatores objurtag & corripit, Ezech. XIII. & XXXIV. 2. Petr. II, 18. 19. Et B. Hüfsmannus noster, Theologus prudentissimus, Comment. in Jerem. c. XXIII. Aphorism. præf. V. scribit: *Infallibilis nota falsa doctrina illa est, que peccatoribus seu minutis peccati atrocitatem, seu media expiandi illud quam facilima fingit, & hac atque aliis rationibus, hominibus liberius peccandi occasionem dat: e contra versa doctrina nota est, que hominibus peccati turpitudinem exaggerat, penitentiam urget adeoque ad vice emendationem invitat atque deductit &c.* Similem cautelam D. Geterus Comment. in Danielem c. IIX. p. 655. habet: *in epice, ait, proin facit, qui solatia instillat securis, qui comminationibus ulterius adhuc percellit timidos, qui mysteria committit superita, & que ut scilicet aeffet nutrix, carnem panemve præbens lactenti &c.* Confer. Rebbanii Contionatorem cap. X. de Prudentia in consolatione §. 17. item D. Balduini Brevem institut. ministror. verbi c. XVII. §. 5. & Dannb. Theolog. Conf. tom. I. p. 336. lego, item p. 341.

§. XXIX.

Sane id nosse præcones verbi decet , majorem populi partem improbam esse & securam, Luc. IIX, 5. seqq. ideo cum de comminationibus aut visitatione DEi in ira sua, recte ante illum erudierunt, omisso aut repetito discrimine suorum auditorum, non continuo de gratia DEi superabundanti, solatia subjugere debent: quia securi & maleferiati homines illa sibi in suo perduto statu continuo adiplicant, deque seria penitentia & vita emendatione parum cogitant, existimantes quippe gratiam divinam perditissimis ac contumacissimis

semper

Semper obviam esse; ac adeo haur opus esse, ut quod *Elias*
requirit c. *LV*, 6. *Quarinte Jehovam, dum inueniri poterit: in-*
vocate eum, dum prope est. Quid autem hoc aliud est, quam
peccatores fovere securos, quod c. *tdicente Iuda Apostolo*
Epsib. v, 4. Gratiam transferre ad luxuriam? Adeo nisi quis
iudicium Dei apud *Jerem. XXIII, 14. Ezechielem c. XIII, 5 c,*
XIX, 24. gravissimum sibi accersere velit, prudenter & cum
cautela, solatia publice dispensare tenetur: ut cum timore
ac tremore homines salutem suam operari discant; *Matth.*
VII, 14. Philipp. II, 12. ne tempus gratiae, quod dicitur est a. *Cor.*
VI, 2. temere deseratur *Ebr. XII, 10, 11, 12.*

§. XXX.

Nec est, cur quis existimet, hac ratione fontes solatii o-
mnibus eam sufficientibus velut obstrui, ac ansam desperandi
dari. Evidem verum est, omnibus Dei gratiam serio qua-
rentibus semper paratam esse: At quia ordinata est, dispen-
satio gratiae, nonnisi penitentes atque credentes, (quales se-
curi & praefacti penitusque indurati non sunt,) ejusdem fieri
posse participes, *Ebr. IV, 1, 2.* Nam Deus etiam voluntate
consequente judicaria praefactos atque penitus obstinatos
peccatores, ob prævisam eorum conrumaciam incorrigibili-
lem deserit atque manum gratiae sua ab illis abstrahit, *Pro-*
verb I, 27, 28. Job. XXVII, 9. Jes. VI, 9, 10. XXII, 14. XXVI, 10. XXVII,
11. LXV, 12, 13. Jerem. XV, 6. Ezech. VII, 9. VIII, 18. Zach. VII, 13.
Mich. III, 4. Amos II X, 14. confer. *Form. Concord. Artic. XI, p.*
808. 812. 813. 820. seqv. Quam ob causam gratiae Dei universalis,
qua in adlicatione ordinata est, ac semper observato
illo divino ordine, quam *Formula Concordie Art. cit. p. 802.*
803. seqv. ostendit, explicanda, & simul qua de voluntate con-
sequente judicaria pag. 808. docentur, subjungenda sunt. Ne
solum misericordia Dei, sed & iudicium (ut Augustinus in Ps.
110. tom. 8. col. 1122. loquitur) cantetur & attendatur, *Rom. XI, 22, 33.*

Inde ut ad tentationes spirituales, quae graviores sunt,
 (ut supra §. 23. ann otavimus) deveniamus, istarum originem,
 indolem ac medelam paucis indicabimus.

§. 22. XXXII.

Origo earum est, partim a carne nostra, partim a mundo & diabolo, partim etiam a Deo. Caro enim nostra & prava concupiscentia cum spiritu luctatur, *Jac. I, 14, Galat. VI, 17.* quae luctafideles angit sepius; ut cuim Apostolo de illa conquerendi causam habeant, *Rom. VII, 15. seqq.* Mundus aut pravi homines in mundo, non raro ad voluptates seculi blanditiis & exemplo pios etiam sollicitant & pelliciunt, ut in peccata prolabantur, *i. Joh. II, 16.* Haec tentationes humanæ vocantur & superabiles sunt, *Cor. X, 12.* Diabolus vero pravas cogitationes inspirat, aut a Deo permittente, occasiones tales concipiendi suggerit, aut iisdem ad seducendum innocentes pro ~~prava~~ sua uititur, *Ephes. IV, 14. confer. Job. XIII, 27. Act. V, 3.* Quo facto pravæ cogitationes, aut dubitaciones de gratia Dei & salute nostra excitantur. Hacten tamen ignita vocantur, *Ephes. VI, 16.* quæ animum tentati ignis infarunt aut vulnerant. Deus quidem neminem tentat ad malum, *Jac. I, 13.* sed tantum ad probandum fidei robur, nos tentari permittit: quæ Augustinus *I. II. de Serm. Dom. in monte c. 14. & Epist. 121.* egregie declarat: *Alud est inducere in tentationem, aliud tentari.* Nam sine tentatione probatus esse nullus potest, sive sibi ipsi, sive alii. Non ergo hic oratur (in Orat. Domini ac nos ne inducas in tentationem) ut non tentemur, sed ut non inferamur in tentationem, tanquam si quispiam, cui necesse sit igne examinari, non oret, ut non igne contingatur, sed ut non exuratur. *Quanquam enim non per se Deus in tentationem nos inducit; inducit amen,* ait Augustinus, *patitur enim, quem suo auxilio deseruit, ordine occultissimo ac meritissimo.*

Cau-

*Causis vero saepe manifestis dignum judicat illum, quem deseris
Et in temptationem induci simus.* Ubi piis precibus opus est
maxime: *ora in spe* (dicit Augustinus Epist. 121.) *ora fideliter*
& amanter, ora instanter atque patienter, ora, sicut vidua
Christi.

¶ XXXIII.

Indoles temptationum spiritualium ex lucta fidei cum Sata-
na, 2. Cor. XII, 7-8. 9. Ephes. VI, 12. ex sensu iræ divinæ, Psalm.
LXXVII, 4. renuit consolari anima &c. ex desperatis cogitatio-
nibus a Diabolo immisis, magis sentiri a tentato, quam de-
finiiri potest. Ut enim febri acuta laborans magis sentit do-
lores corporis, quam verbis idoneis exprimere valet; ita ten-
tati tela ignita Satanæ, quæ Apostolus vocat, Ephes. VI, 16. a-
cutissimos eorum dolores pungentes & urentes simul animo
magis percipiuntur, quam definiri aut a non-tentatis intel-
ligi queunt. Hierop saltæ tamen in his angoribut animæ
valde exercitatus significantissimis verbis passim in Psalmis
suis maxime pœnitentialibus eosdem exprimit. Quos absq;
que auxilio gratia divinæ nemo superare potest.

¶ XXXIV.

Medela harum, cuius verbi ministerium peritum esse decet,
ex myrothecio verbi Dei petenda & commode ad applicanda
est; ne tentatus succumbat aut desperet. Atque hic Luthe-
rus noster temptationibus probe exercitatus rom. II. Lat. Opp. fo-
539. fac. 2. consilium suppeditat: Duo sunt, inquit, necessaria
ad spiritualem latitudinem, quæ S. Antonius egregie commendavit.
Primum est verbum promissionis: deinde fides in idem. Sicut
ad sanitatem corporalem duo requiruntur: primo locus firmus
actus standi, introitus & receptio in eundi. Hic antem Dia-
bolus multæ arte insidiatur nobis. Primo conatur hic distrahe-
re, ne in periculis & malis suis recordetur, aut invenerit verbum
promissionis, dum solum peccata & mala & pericula proponit &

mar.

magnificat. Quod si non potest prohibere intentionem, quin homo tandem apprehendat verbum; tamen molitur (ne homo ingrediatur) viam intercludere, i.e. ne homo firmiter credat promissionis verbo. Sicut in simili milites in bello primo ruitur hostes suos distractabat a locis suis tutis, & facere vagos & errabundos, ut non sciant, quo vadant & fugiant. Quod si hac non possint impeditre, cum sciant locum, ex quo pugnent, student tameneis viam intercipere, ne perveniant eo. Ita in isto spirituali negotio, scilicet quando urgetur peccatis & morte, aut quacunque tentatione, oportet primum VERBUM DEI arripere, cum sit ARCEM INVICTAM nosse & apprehendere, dimissis aliis omnibus, que Diabolus suggesterit. Deinde fortiter se etiam verbo credere, & dubitationi non consentire, quam Diabolus moveret, & sic ingredi in castellum Domini securum & firmum & credere fortiter promissionem. Quibus verbis Lutherus ad ~~παντας~~ seu armaturam in hac pugna ab Apostolo præmonstratam, Ephe. VI, 13. 14. 15. 16. 17. 18. respicit. Ubi vero Deus auxilium differt, nec statim exaudire precantem videtur; Solatium Habac. II, 3. observandum: Si moram fecerit (DOMINUS) expectacum, quia veniendo veniet, & non tardabit. Manet enim ipse optimus consolator, etiam quando homines potentes nobis timorem incutunt, Jes. LI, 12.

§. XXXV.

Verbum ergo Dei & quidem Evangelicum seu promissionis gratia, solatia & animæ vulneratae malagmata suggesterit. Quæcumque enim scripta sunt, ad doctrinam nostram scripta sunt, ut per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus, Rom. XV, 4. Preceptiones Domini recte, latifundantes cor, Psalm. XXIII, 4. Memor esto verbi seruo tuo, in quo mihi spem dedisti. Hæc me consolata est in afflictione mea: quia elogium tuum vivificavit me, Psalm. CXIX, 49. 50. Plenus est hic Psalmus testimonij de Verbo Dei solatissimo. Factum est mihi

*michi verbum tuum ingaudium & letitiam, Jeremias cap. XV,
16. ait. Imprimis vero Christi verba vita eterna sunt, Job,
VI, 63. illa igitur in omni tentatione maxime spirituali lega-
mus, meditemur, teneamus & attendamus; cum omnis hu-
mana philosophia in tali casu nihil valeat. Habeo nihil scribit
Cicerus (l. XII. Ep. 18. ad Atticum) tentatis rebus omnibus, in quo
acquiescam. M. Cato cum Pompeji casum vellementer do-
leret, librum Platonis de immortalitate animæ legit: sed
dum nihil firmi ac solidi solatii invenit, abjecto libro mor-
tem ipse sibi consivit. Nempe constantiam animi in utra-
que fortuna Philosophi poscunt: ut feras, quod mutare non
possis: aut illud Aeneas apud Virgilium occinunt:*

O passi graviora! Dabit Deus his quoq[ue] finem.

Sed hæc talia in spirituali tentatione anitnum consternatum
haut erigunt, aut spem melioris vitæ instillant. Præstat id
vero Verbum Dei, Spiritus S. gratia adspirante, quod Hiero-
psaltes in Psalmis suis nos abunde docet, Psalm. LXXIII, 17.
LXXXVII.

§. XXXVI.

*Inter tentationes vero spirituales, quæ fidelibus saepè acci-
idunt, gravissima est de gratia Dei & certitudine salutis eter-
ne. Quid enim prodest homini, si totum mundum lucratus
fuerit, anima vero detrimentum patitur? aut quam dabit quis-
piam compensationem pro anima sua, Marth. XVI, 26. Tales ergo
cum imbecillitate fidei & spei in animo Christiani exsurgunt
eumque angunt, promissiones evangelicae universalis gratiæ
divinæ, & media salutis ex parte Dei universalia, illis, eo ordi-
ne, quo supra ex Formula Concordie §. 21. adduximus, oppo-
nendæ & expendendæ sunt, additis piis precibus; ut Deus cor-
tentati præparet ad eas imbibendas ac tenendas, P. LXXVII,
& LXXIX, 4. 8.*

D

§. XXXVII

B. Hieronymus Wellerus, in *Antidoto suo adversus tentationes omnis generis num. 3.* animadvertisit, paucissimos esse, qui recta consilia imbecillitate fidei laborantibus dare possint; cum illa tentatio non profanis & securis, sed piis maxime contingere soleat: Ipse ramen statuit hunc sensum imbecillitatis fidei, certissimum signum esse, fidem eorum non esse ianam perversionem; sed veram, vividam ac vegetam fiduciam erga Deum. Ideo dulcissima Scriptura dicta his suggestenda esse scribit: Es. XLII, 3. calamum conquisatum non conteret, & linum fumigans non extinguet. Psalm. CXLV, 14. Alacrat Dominus, qui corruunt, & erigit omnes elisos. Rom. VIII, 26. Ipse spiritus adjuvat infirmates nostras. Hebr. IV, 15. Non enim habemus sacerdotem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, sed cenantum per omnia. Es. LXVI, 13. Quonodo alius mater blanditur, ita ego consolor vos. Ubi cum cetero solatii verba vir beatus explicasset, subjicit: Hanc scio, an usquam in scriptura suavius se se pinxerit Christus, quam in hoc dicto Esiae? Exsuperat vero pictura imaginem pastoris gestantis oculorum infirmam bumeris. Deinde addit: Illud etiam admonendi sunt exscriptio, Deum non permitturum esse, illorum fidem ita perpetuo languere & infirmari, juxta illud Psalm. LV, 23. Et non dabit in eternum fluctuationem ipsi.

Dubitatio de salute eterna, partim ex infirmitate fidei, partim ex sensu ira divinae oritur, ac tristitiam animi parit acerrimam. De qua in Psalmis Davidicis varia occurruunt querelas: Psalm. VI, 1-8. XIII, 1. 2. 3. 4. XIV, 5. 6. XXXIIX, 3. seqq. XLII, 4. LXXXVII, 9. 20. LXXXVIII, 4. 5. seqq. Hac igitur tentatione preslus, in his agoribus ipse exercitissimus Wellerus sit libello, qui in tom. Latin. Opp. ejus part. 3. continetur,

n. 6. Svakissimas sententias scripture proponendas suadet:
Matth. IX, 13. Non veni vocare justos, sed peccatores ad paenitentiam, Rom. V, 20. ubi autem abundat delictum (puta ex cognitione legis & sensu irae divinae, qui in paenitentibus, non vero penitus induratis & excusatim deprehendi potest; quippe qui jam occalluerunt & carnalym vices facti sunt, Ephes. IV, 19. Rom. I, 28. Job. XII, 40.) superabundavit & gratia, ex Christi merito omnibus parta: Psalm. XXXIII, 5. Misericordia Domini plena est terra. His addit alia dicta, Ef. I, 18. Ps. CIII, 10, seqq.
Matth. IX, 12. 2. Cor. V, 21. Galat. III, 13. Mich. VII, 9. & similia, quae ut peritissimus consolator egregie declarat.

§. XXXIX.

Et sane nullum efficacius hoc in casu Iolatium esse potest, quam Christi pro nostris peccatis praestita satisfactio, & inde omnibus partum meritum, quod fide etiam imbecilli adprehenditur, i. Job, II, 12. Quod ipsi Pontificii merita bonorum operum alias extollentes, fateri coacti sunt. *Nam Bellarminus I, V, de Justific. c. 7, fol. m. 1278. propter incertitudinem propriae iustitiae scribit, Et periculum inanis glorie, TUTISSIMUM EST, FIDUCIAM TOTAM IN SOLA DEI MISERICORDIA ET BENIGNITATE REPONERE. Quod & ante eum Carolus V. Imperator morti vicinus obseruavit meritoque Christi tantum nixus expiravit, teste Thuanio Hisp. I. XL, fol. 402.* Hujus generis testimonia Pontificiorum, quitenatos & imprimis morituros monuerunt, ut in solo Christi merito spem & fiduciam suam omnem haberent defixam, *Hosius Cardinalis Confess. Ed. Petr. c. 73. scribit; igitur non sine causa videamus in ecclesia catholica semper obseruatum; ut, qui morti jam sunt proximi, diligenter admoneantur etiam simulacro Christi crucifixi ante oculos posito, quo proprie justitiae diffisi, in una Christi iustitia spem suam & fiduciam omnem habent collocataam: illam Patri cœlesti representent, illi innitantur.* Porro

D. 210 quæ-

(28)

questiones adducit, animani agentibus olim proponi solitas,
quibus in Christi merito solatum turissimum ostenditur.
Quod moderni Pontificii impudenter impugnant, ut merita
bonorum operum, quae singunt, extollatur.

§. XL

Certitudo salutis quidem tentato ante mortem non absolute promitti potest; cum fidelis etiam per peccata mortalia, gratia Dei iterum excidere queat: At vero cum Deus misericordissimus, Pater noster sit fidelissimus, qui ob Christi satisfactionem & intercessionem, lapsos iterum per gratiam datam vere pœnitentes semper in gratiam recipit, vitam illis, quam promisit æternam daturus, *Luc. XV, 2, seqq.* *Joh. X, 10.* itaque sub conditione renato in statu gratia possibili, quisq; de salute sua ante finem vita certus esse potest, *Ezech. XVIII, 21. 27. 28. c. XXXIII, 11. 12.* Si credideris in corde tuo, salvaberis, *Rom. X, 9.* Esto fidelis usque ad mortem & dabo tibi coronam vita, *Apoc. II, 10.* Dat autem Deus fidelibus arrhabonem Spiritus (i.e. Spiritum S. ut sit instar arrhabonis) in cordibus suis, *2. Cor. I, 22. & V, 5.* qui est arrhabo hereditatis noſtrae εἰς ἀπολύτων τῆς περιουσίας, *Ephes. I, 14.* quo signo infallibiliter confirmatur credentibus hereditas vita æterna: ita, ut sub finem vita fidelis eriam absolutam certitudinem salutis ex sensu fidei & Spiritus S. testimonio habeat. Confer Macariae Homil. XVII. de spirituali Christianorum unitione & gloria, ubi dicit: ἔστι χειροτακτὰ τὸν νῦν καὶ τὸ ἔτος ἐθρῶν, τὸ ἀγαστὸν καὶ χεροτόνον ἔλεγον τῆς ἀγαλαστεῖς, τὸ κάγιαν καὶ πνιγματικὸν αἵρεσιν τὸ σίγην τῆς Βασιλείας εὐείης της αἱρέσεως καὶ διδίσι δυναμεως, τὸν αρρεβῶν τὸ πνεῦματόν, τὸ πνεῦμα τοῦ ἄγιου καὶ πνευματικόν. Οὗτοι εἴ τοι ξύλα τῆς ζωῆς ἵπται κατέ, ἐτούτη τῆς ἐπιφανίης χριστεον, καταζήτησαι ἑλθεῖς μάτρια τῆς τελεοῦσαν, τῆς Βασιλείας, λέγους καὶ τῆς φρεστιας, ὅπερι σώματος ἐπιφανείας βασιλεύει, ἔχοντες πανέργειαν τοῦ πνευματικούτατου, εἰπεῖσθεντες εἰς τὰ παλατίαν αὐτεῖς εἶδα οἱ

αγγεῖοι

ἄγγελοι καὶ τὰ πνεύματα τῶν ἀγίων; οὐτέ τόπος εὐ τῷ κόσμῳ γίγνεται
τῷ NB. μητρῷ γέρε τῷ τελείῳ κληρονομίᾳ λαβόντες τὴν ἐυτροπήν
στήσῃσθαι αὐτοῖς ἐνέπιστο τῷ δικαίῳ, αὐτοφαλεῖς εἰσιν ἀπό τῆς ἀρραβώνος
ἢ ἑδοχῆστο νῦν, ὡς γάρ εἴ τις Φαναριένοι καὶ βασιλένοτες. Confer.
Rom. VIII, 31. seqq. 2. Timoth. II, 7. 8. Augustin, libr. de Bona
Perseverant. c. 13. Quanquam fides ejusque internus sensus
etiam gradus suos habeat, ut non semper sit lux ardens, sed
quandoque *tinum* vel *ellychnium* fumigans, E. XLII, 3. &
interdum modica, Matth. XIV, 31. ut in carnis & spiritus lucta
vehementiore fieri solet; illa tamen non est signum incre-
dulitatis, sed certa nota veræ & efficacis fidei, quādiu adhuc
luctatur. Hinc Apostoli præceptum 2. Cor. XIII, 5. probe ob-
servandum: *Vosmet ip/los tentate, an sitis in fide, vos ip/los*
probate.

§. XLI.

At vero dicat aliquis maleinformatus & dispensatio-
nis ordinis gratiæ parum gnarus; sicui doctrina de termi-
no gratiæ, homini penitus indurato, a Deo ob prævisam
malitiam incorrigibilem, ante mortem corporalem si-
xο, non scrupulum tantum moveat, sed desperabundum red-
dat; nempe ut tentatus conqueratur, se esse totaliter indu-
ratum, adeoque suum gratiæ terminum jam præterfluxisse
& se jam in statu gehennali esse, de quo Hülsemannus com-
ment. in cap. XVI. Jerem. v. 8. p. 272. & Geierus comment. in
Prov. c. I, 28. p. 66. diserte loquuntur? Quid hic prudenti mi-
nistro verbi faciendum, ut tentato scrupulus eximatur; an
negandum, ulli mortalium ante mortem, ambitum gratiæ
præscindit, aut nullam desertionem Dei totalem omnimo-
dam & desperatam ante mortem, cum senioribus sisque ex-
ercitatiissimi Theologis ex S. Scriptura amplius statuendam
esse; ne scilicet quispiam tentatus in tali agone constitutus
forte desperet ac pereat.

D 3

§. XLII.

Enimvero ob hunc spiritualis tentationis casum, eo temeritatis divinae economiae salutis perito verbi ministro non progredi licet; ut, quod ex S. literis B. Lutherus & exercitatus Theologi maximeque orthodoxi cum *Formula Concord.*, Artic. XI. p. 808, 812, seqq. 820, seqq. assenserunt, ideo neget; quia asserto illo, quispiam in casum temptationis incidere posse. Scriptura enim sacra ad analogiam fidei, & habito inque ea designato ordine caussarum salutis, explicanda & applicanda est; non ad nutum aut praconceptas falsas hominum opiniones trahenda venit, *Ezech. XIII.* Sylogismus autem ex allata objectione vel scrupulo confictio, talis foret:

Cujuscunque doctrina assertio, hominem in casu temptationis expertem solatii aut desperabundum reddere potest, illa est neganda, imo damnanda:

Atqui assertio termini gratie ante mortem totaliter inducato, a Deo (ex voluntate consequente judicaria) fixo, talis est: Ergo.

§. XLIII.

Ad hujus Sylogismi *majorem* propositionem respondeamus 1.) *ad evagin* & per instantiam: Doctrina de paucorum ex prævisa fide, electione ad æternam vitam a Deo ab æterno facta, *Ephes. I.*, 4. quæ non mutatur, *Rom. XI.*, 29. Item doctrina de peccato in Spiritum S. admissa, quod in hoc & in futuro seculo est irremissibile, *Mattb. XII.*, 32, *Marc. III.*, 29. *Ebr. VI.*, 4. seqq. in statu gravissimæ temptationis potest hominem desperabundum reddere: Ergo doctrina hæc est neganda aut (quod blasphemum est) diabolica. Prius hoc instantia membrum probo: Quia tentarus (quod D. Samuel Huberus olim maxime urgebat,) cogitare potest; cum electio sit particularis, & tamen ab æterno (licet ex prævisa fide) certo DEI decreto facta sit; ita, ut numerus electorum sit immutabilis,

tabilis, ut nec augeri, nec minui possit, juxta Formulam Concordie Artic. XI. p. 801. etiam in hanc tentationem incidere queat; ut perfusum habeat, se non esse in illo paucorum electorum numero a Deo ab aeterno constituto, Form. Conc. loc. cit. p. 812. Deinde posterius (de peccato in Spiritum S.) membrum probo: Quia tentatus in has etiam cogitationes incidere potest, se peccatum in Spiritum S. quod irremissibile est, commisisse; adeoque sibi nullam spem gratiae apud Deum esse reliquam. Cujus temptationis luculentum exemplum apud Sleidanum de Francisco Spira ante finem vita, ob id desperante, libr. XXI. p. 649. extat. Quis autem dixerit, ob causum temptationis hanc doctrinam esse negandum?

§. XLIV.

Si autem queris; quid ergo in tali casu tentati, ministro verbi faciendum, ut anima illius hoc agone depressa libetur? An orthodoxa thesis neganda, nempe paucorum electionem certo decreto ab aeterno esse factam; item, peccatum in Spiritum S. esse irremissibile? Certe hoc sanus & orthodoxus Theologus non dixerit. Nam recte D. Calonio ex Ebr. VI. 7. in Bibl. illustrat. fol. 1230. contra Socinianos cum D. Dorschus docente, rō abbavarov cit. loc. simpliciter impossibile notat; ita, ut peccatores in Sp. S. non amplius possint in hac vita remissionem peccatorum consequi, v. D. Feuerbornii Tract. de Pecc. in Sp. S. p. 412. seqv. & Hiltsem, comment. in c. VI. Jerem. in Aphor. pract. v. 29. 30. & in Vindictis S. Scripturæ per LL. Clasica artic. XXIX. p. 97. Quid ergo, si illa theses fidei sunt infallibiliter verae, cum tentato agendum? Respondemus hinc directe ad priorem temptationis casum ex Formula Concordie Artic. XI. p. 801. non thesis neganda, quam illa cit. loc. & p. 808. adstruit; sed ad hypothesin transfunditum & ex causis salutis nostra universalibus, quæ ibi adducuntur, solarium pro tentato depromendum; dicendo, verum quidem

(15)

dem illud *in thesi* esse; at vero id ad *hypothesin*, h. e. ad hunc vel illum tentatione spirituali laborantem; gratiamq; adhuc ex fide imbecilli aut fluctuante desiderante in ministro verbi, qui vias Dei occultas nescit, transferre non licet. Quia ejusmodi tentatio conjuncta cum desiderio salutis, indicium fidei, licet infirmæ, est. Quapropter consolator prudens & œconomia salutis non ignarus, solatia ex promissionibus universalibus gratia (ostenso tamen ordine divino œconomia salutis, quæ cit. loc. p. 802. seqv. describitur,) desumet, iisque scrupulos tentato eximere, invocato misericordissimo Numine, laborabit. Si autem nihil consolando proficit, officio suo defunctus est. Deus faciet, quod justum est. Occurrunt enim saepius Dei judicia, quæ veneranda magis, quam rimanda sunt, *Rom. XI, 33.* *Vid. Form. Concord. Artic. XI, p. 811, 813.* Fundamentum tamen solatii in tali tentatione certum est; nempe Dei beneplacitum de omnibus fidelibus per fidem in Christum salvandis. quod Lutherus nostor quoque unice urget in literis consolatoriis ad foeminae quandam super sua prædestinatione tentatam, *tom. V. Jenens. Germ. f. 487.* & in *Colloq. Mensal. f. 328.* refertur vox D. Staufitii, quam crebro sermone Lutherus usurpavit: *Disputationis de nostra prædestinatione initium semper fieri debere a vulneribus Christi:* & tunc facile cesseram omnem dubitationem. *Conf. Form. Conc. Artic. XI, p. 821. seqv.* ubi minister verbi circa doctrinam de prædestinatione prudenter tractandam informatur; ne perturbata conscientia ad desperationem addigantur, aut impoenitentes in sua securitate, improbitate & malitia confirmentur.

§. XLV.

Pari modo cum tentato ob admissum a se peccatum in Sp. S. anxi procedendum est; nempe non negando *in thesi*, peccatum illud esse irremissibile, (hoc enim esset ανθελογον) sed

ne-

negando in hypothetentatum hoc patrasse; ideo, quia in tali atrociissimo peccatore nulla contrito vera, nec cura aut desiderium salutis amplius locum habet: quod exemplo Pharisæorum, qui tale patraverant, *Marth. XII.*, constat. Imo, si revera tentatus id admisisset, (de quo tam en nulli homini certo constare potest, cum negatio ipsius non sit) minister verbi talem tentatum erigere solatio non desistat; ideo, quia incertus est; anno forte adhuc iste ex numero convertibilium sit, 2. *Timoth. II, 25.* Quapropter *Dannhaucus noster* cum *B. Chemnitio* in *Hodosoph. Phenom. XI.* p. 1421. sequ. statuit: *Christum* (ut alibi *cum Juda*) precepisse pauperibus bono exemplo, ut de iis, (qui iudicio divino etiam peccant in Spiritum S.) non desperent; sed instent, 2. *Tim. IV, 2.* et si fructum alium non reportent; tamen liberaffe animam suam, *Ezech. III, 19.* Quod etiam *Hüfscmannus noster* in *Aphorism. Pract. ad cap. XIII.* *Jerem. comment.* p. 231. docet: *Pauperum Ecclesia*, inquit, *hoc officium est*; tamen *videant auditorum surorum impotentiam*; frequenter tamen instare, & in occulto quasplorare, si forte eis det *Deus penitentiam respescendi ex laqueis diaboli* &c. 2. *Tim. II, 25. 26.*

§. XLVI.

Hinc 2. ad *Majorem* allati supra §. 42. Syllogismi propositionem respondemus n*at dñi* dñi*ceav*, eandem limitando:
Cuiusvis doctrine assertio hominem PER SE reddit despicerabundum, illa ceu falsa repudianda venit. Atque sic negatur hic subsimum.

Per accidens enim, si tentatus non perspicue & recte de fixo gratia termino ante mortem, a salutis oœconomia imperito consolatore informetur, id forte accidere posse, non negarim. Puta, si quis *Calvini, Bezae* aut *Piscatoris* falso prajudicio occupatus credat, terminum gratia homini penitus indurato, ex ab soluto Dei beneplacito aut decreto; non vero ex prævisa incorrigibili malitia, voluntate consequi judiciaria fixum esse.

E

Absit

(34)

Absit vero hoc, ut quisquam sanæ mentis id benignissimo Patri cœlesti tribuat, aut Christi Salvatoris omnium 1. Tim. IV, 10.
1. Job. II, 2. meritum hoc asserto minuere ausit. Christus enim omnes, qui perditi sunt, ex voluntate Patris sui misericordissima antecedente, certo tamen ordine supra designato ex Form. Conc. p. 808. & 818, salvare vult, Matth. XVIII, II. 1.
Timoth. II, 4. ac adeo etiam peccatores in Spiritum S. indu-
ratissimos, QUI TALES sunt (in sensu specificativo), sed non
QUA ET QUATENUS TALES sunt, in sensu reduplicativo. Ita e-
nimi ex S. Scriptura Form. Conc. Artic. XI, p. 808. hoc declarat
Ut enim, inquit, Deus in aeterno suo consilio ordinavit, ut Spir-
itus S. electos per verbum vocet, illuminet, convertat atq. omnes
illos, qui Christum vera fide amplectuntur, justificet, atq. in eos
aeternam salutem conseruat: Ita NB. in EODEM SUO CONSILIO
DECREVIT, quod eos, qui per verbum vocati, illud repudiant,
Spiritu S. (qui in ipsis per verbum efficaciter operari & efficax
esse vult) resistunt & obstinati in ea contumacia perseverant, IN-
DURARE, REPROBARE, ET AETERNA DAMNATIONI DEVovere
VELIT. Et secundum has rationes intelligendum est, quod Scri-
ptura dicit: Multos vocatos, paucos vero electos esse, Matth.
XXII, 24. confer. Dannhaueri Hodos. Phœnix, VII, p. 530. seqq.
Atque sic discussa **majore propositione syllogismi tentativi su-**
pra §. 42. allati, Minor propositio, quod doctrina de fixo ter-
mino gratia sit desperata, fallissima est, & a nemine nisi or-
dinis gratia ignaro asseri potest. Quæ ignorantia est vincibilis ac adeo culpabilis. Præsertim cum hæc doctrina de deser-
tione Dei totali ex justitia divina punitiva fluens, propter per-
iculum securitatis, in theoria & praxi cognitus sit necessaria,
ne improbi securitati indormiant, ac indurentur & pereant,
Ebr. III, 7. 8. seqq. c. IV, 1. 6. seqq. VI, 4. c. XII, 15. 16. 17.

§. XLVII.

Dicis vero: Induratio hominis, non Deo, sed homini &

dia-

(35)

diabolo est tribuenda ; quia illa atrox valde peccatum est.
¶ Concedimus hoc, & omnino id affirmamus. At alia *Indu-*
ratio, quæ *judicialis* dicitur, a Deo est ceu justissimo scelerum
enormium præfracte continuatorum vindice, *Deut. XXIX,*
28. Exod. IX, 16. Je. VI, 10. Rom. IX, 17, 18. Formilla *Conc. ite-*
rum pag. 820. perspicue rem declarat: Sed & hoc ait: NB,
magnatura considerandum; *QUANDO DOMINUS PECCATA PEC-*
CATIS PUNIT, b.e. cum eos, qui aliquando conversi fuerant NB,
propter subsequentem securitatem carnalem, imparientiam,
contumaciam sceleribus, & propter voluntaria flagitia, NB.
PUNIT EXCOECATIONE ET INDURATIONE: id non ita accipien-
dum esse; quasi Deus nunquam serio voluisse, ut tales ad agnitionem
veritatis perveniant. Ut enim huc voluntas Dei reve-
lata est: quod Deus (voluntate antecedente) omnes respicen-
tes & in Christum credentes in gratiam recipere velit: ita &
hec est Dei revelata voluntas, (conseqvens judiciaria) quod
eos, qui sponte se a sanctissimo Dei mandato avertunt, in con-
quinatione mundi se denuо implicitant & Satane cor adornant,
Spirituusque gratie contumelia afficiunt, severissime punire de-
bet: & quod tales, si in impietate perseveraverint, *INDURANDI*
EXCOECANDI (quod certe ante mortem hominis fit) & *IN*
ÆTERNUM DAMNANDI SINT. Exempli loco ibidem Pha-
rao adducitur, a quo Dominus MANUM SUAM retraxit, cum
deseruit; atque ita cor ipsius induratum est, & Dominus iustum
iudicium suum adversus eum executus est. Inde ex consen-
su sanorum Theologorum omnium, induratio & excoecatio
Dei consistit in subtractione gratie sue omnimoda, quam alii
cum B. D. Seb. Schmidio, ex Jo. Damasceno τέλειαν καὶ απογρω-
σικήν perfectam, desperatam vocant, qua homo insanabilis ma-
net: vid. *Compend. ejus Theolog. c. VII. p. 183.* & Dannbaueri
Theolog. Consil. tom. I. p. 62. seqv. it. B. W. Lyseri System. Theolog.
Exeg. p. 681.

Si dicas; hoc in ultimo vita halitu, cum mors ambitum gratia praescindit fieri. R. Hoc aliovo esse, Deus enim non in morte, sed ante mortem judicialiter indurat. Deinde mors corporalis tantum passio hominis est, adeoque nullum in gratiae & salutis animae vel conferenda vel deneganda influum causalem habere potest. Non enim homo, quia moritur, omni gratia excidit & damnatur; sed quia non perseveranter & finaliter credit, Job. III, 18. non ut regat, jam indicatus & damnatus est. Si ergo ante illam, ob incorrigibilem malitiam & contumaciam a Deo praefisam, in sensum reprobum datus est, Rom. I, 28. inq; ea ad mortem usq; corporalem perseverat; mors temporalis tantum circumstantiam, non causam aut causalē influxum amissae & non iterandae gratiae notat. Quapropter inter peccatorem atrocem, sed adhuc convertibilem, (nimurum quando a Deo nondum judicialiter penitus desertus est; adeoq; gratia divina adjutus adhuc ante mortem penitentie potest;) & inter peccatorem prorsus obstinatum, induratum a Deo ex justo judicio penitus ob præfractam antegressam contumaciam desertum, distinguendum est. Illi forens gratiae usque ad mortem patent: huic vero ob dictam saepius causam, ante illam etiam ocluduntur. Ita cum veterinis orthodoxis Theologis, Hulsemannus noster multis in locis non præcipitanter aut securius, sed considerate cum S. Scriptura constanter docet: *Hec est, scribit in comment. in Jerem. VI. aphor. theoreti. II.*) illa impossibilitas penitendi ex parte subjecti, de qua dicitur Hebr. VI, 4. Non quod Deus supereminenti gratia etiam homines induratos emollire non possit; sed quod communis & efficiens gratia, que omnibus datur, his emoliendis non sufficiat. Deus vero uero tenetur maiorem alicui gratiam largiri, quamque sua natura sufficit ad hominem movendum; et si pro contracta bujus vel illius indispositione non sufficiat, quod enim

enim tantam gratie mensuram Deus induratis non dat, hoc ius
ſt & vindicta est. Alias Deo (dicit in cap. VII, Jerem. apbor.
theoret. 6.) non deſſet facultas homines etiam induratis ſimos
emollire: ſed non tenetur alicui efficaciorum gratiam largiri,
quam que communiter hominibus conpertendit ſufficit, nec pot-
eſt ob iteratam ſepiuſ voluntarie offenſam. Eſt hac illa impos-
ſibilitas, de qua Hebr. VI, 4. seq. c. X, 26. Hic enim eſt processus
Dei (ſcribit comment. cit. p. 204.) ut non habenti, i.e. nolenti
augere talentum ſibi confeſſum, auferatur etiam id, quod habet,
Matth. XIII, 12, c. XXV, 29. Et quando exhortationibus ad paenit-
tentiam nullus porro locus relinquitur, DEUS IUSTO JUDICIO
POENITENDI TEMPUS SOLET SUBTRAHERE, de quo
Jer. V, 30. Hebr. VI, 4.5 seq. vide in cap. XVI, 8. apbor. pract. ubi
miſerrimum hominis proſuſ indurati ſtatutum in hac vita de-
ſcribit: Profecto non alia ejus hominis (proſuſ indura-
ti) conditio eſt, quam Epulonis extra omnem venie ſpem poſi-
ti, Luc. XVI, 26. ideo (cit. cap. apbor. 6. pergit) frequenter hoc
peccatoribus inculcandum eſt, ne ſibi videantur innocentis, ſed
omnino impietate ſua id meruisse exiſtunt, quicquid tandem
malit evenerit, Jes. LIX, 2. id quod Prophet a noſter frequentius
fecit, c. I, 16. II, 19. 23. IV, 4. 18. VI, 6. VII, 12. XII, 6. XVI, 4. XV-
XVI. &c.

§. XLIX.

Quam ob cauſam nulli ſano verbumque Dei intelligenti
ac reverenti ministro ecclesiæ, ob ſcrupulum *supra* §. 41. forte
motum, divinum judicium diſertionis totalis & iudurationis,
tot S. Scripturæ & orthodoxorum testimonii munitum in
theſine negare licet; etiſ ad hypothefin, ſeu ad hunc vel illum, qui
proſuſ induratus videtur, temere adplicare hauc conveniat;
cum nullus homo ſtatutum animæ alterius a priori certo noſce-
re poſſit. Id quod *supra* etiam §. 45. pramouimus. Con-
fer S. Maximi Confessoris Quesit. in Script. 57. tom. I. Opp. f. 192.

Lutherus sane noster in Theologia paracletica magis,
 quam quisquam hodie alius versatus, tom. IV. Altenb. f. 541.
 peccatum in Spiritu, S. ex Matth. XII, 31-32, explicans, quod
 illud ex malitia & culpa hominis in hac vita jam sit irremit-
 sibile, p. 544. addit: denn federmann hat sich gescheuet zusagen/
 das ein Mensch so sündigen könnte / daß ihm nicht könnte ver-
 geben werden. Darum hat man solche Sünde gesparet aufs
 Todt-Bette/ und denn eine Sünde in den H. Geist gebeissen:
 Wenn sich der Mensch an seinem letzten Ende nicht hat erken-
 nen noch reuen wollen: Ist wohl wahr ; ich achte aber / es sey
 in solchen Fall noch Sünde/ die unbekant ist/ und untrivsind ge-
 schicht. Es wäre denn/ daß iemand so verstockt wäre / der es
 wohl wüste/ und die Sünde offenbahr sehe / dennoch nicht wollte
 Gnade haben rc. Darum reden wir / wie auch Christus selbst/
 von denen / die noch daher gehen mitten im Leben/ und mit
 den Mundt öffentlich wider das Evangelium handeln rc. De-
 inde p. 545. Lutherus distinguit peccatum in Spiritum S. &
 quod notandum est, ait: neben solcher unvergebblichen Sünde
 (wider den H. Geist) magst du nun auch etliche dieser gleich
 und darunter begreiffen / mitzählen / wie wohl sie so grob
 sind / daß auch die Welt verdammet / nemlich / wenn jemand da-
 hin kommt / daß er nicht aus Schwäche und Freibum in Sün-
 de gefallen ist / sondern darum verhärtet / und keine Reue ha-
 ben will / davon auch oben gesagt ist. Und Summa / wo man
 die Sünde mutwillig verheidigt / und nicht will lassen Sünde
 seyn / ob es gleich öffentlich ist. Denn solches heisset alles wieder
 die Gnade und Vergebung gesuchten / und ist nun nicht mehr
 eine menschliche Sünde / sondern eine verzweifelte teuffeli-
 sche Bosheit. Item Tom. V. Altenb. f. 929. Wenn mans das
 hin will sparen bis das Stündlein hergehet und der Todt und
 Teuffel zu uns daher einstürmet mit seinen Plakregen und
 Sturm-

Sturmwinden/ so ist es zu lange geharret; (nemlich in einer
 ster Verstockung Gnade zu erlangen) Sicut id clarius fol.
 1099. exprimit. Et tom. VII. Altenb. super cap. XV. Joh. f. 157.
 Wann ein Mensch von (Christo) gefallen und aus den Wein-
 stock gerissen ist/ so ist es schon um ihn geschehen: denn man wird
 doch keinen andern Weinstock finden/ ohne und außer diesen.
 Darum fallen sie nur je länger je tiefer in Verstockung/
 da haben sie es denn gar. Denn das sind die zween greu-
 lichen Fälle/ damit ein Mensch verdrihet bis in Abgrund der Höll-
 e: Der erste/ daß er von Christo fällt; der andere/ daß er in
 den Unglauben und Sünden verstockt wird. Der erste
 Fall mag noch gebüßt werden/ wenn man in der Zeit wiederum
 zu den Weinstock (das ist/ zu der Lehr und Glauben Christi) kä-
 me. Aber wenn man so bleibt/ verborret und verstockt in Ir-
 thum/ das ist Pharaos/ Judas und andere/ die nicht wollen und
 können wiederkehren zur Busse/ - - die sind schon so tieff
 in der Hölle/ wie sie seyn sollen re. Drum hüte dich/ daß du
 nicht in den greulichen Fall gerathest; denn es soll denen nicht
 geschenkt werden/ so nicht in Christo wollen bleiben/ ja mit Ver-
 stockung sich darüber setzen/ doch sicher hingehen/ als seyn
 sie wohl dran; sondern es ist beschlossen und das unwie-
 derrufliche Urtheil gesprochen/ daß sie sollen hingerichtet
 und in Bündlein gesamlet werden zum ewigen Feuer/ ad-
 de fol. 171. & 272 ubi imprudentes gratia divina præcones le-
 gem & Evangelium juxta fidei analogiam, & in ea designatum
 ordinem salutis, prædicare nescientes, aut ex chrestologia
 studio nolentes, gravissime corripit: Denuo sie meynen/ scri-
 bit: man soll die Leute nicht erschrecken nach betrüben/
 sondern inner tröstlich predigen von der Gnade und Ver-
 gebung der Sünden/ und beleibe ja meiden diese oder derglei-
 chen Worte: Hörstus/ du wilst ein Christ seyn/ und gleichwohl
 ein Ehebrecher/ Hurenjäger/ volle Sau/ hoffnungslos bleibst du re.

Son-

(40)

Sondern so sagen sie: Hörstus/ bistu ein Ehebrecher/ ein Hure/
ein Grizhals/ oder sonst ein Sünder/ glaubstu nur/ so bistu selig/
dachst dich für den Gesetzes nicht fürchten/ Christus hat alles er-
füllt - dieses sind wohl seine Oster-Prediger/ aber schändliche
Pfingst-Prediger ic. tom. VIII. f. 67. Die wegen ihrer Si-
cherheit in der gegebenen Wissheit/ nicht Wisse ihun wollen/ die
suchen darnach unsonst Linderung der Straffe / wie Hos.
IX. 7. 12. sagt / it. Prov. I. 24. seqq. Tom. IX. Altenb. fol. 1558.
Wiewohl Gott Gnade und Vergeltung der Sünden verhei-
sen hat/wie Augustinus saget; hat er doch das nicht verhei-
sen / daß du eben so gewiß nach den Fall werdest wieder-
kommen / wie Saul und Judas nicht wiederkommen.
Es steht nicht in unser Macht/ die Gnade zuergreissen ic.
Hanc Lutheri de malitiose excoecatis & induratis sententiam,
ut nullus orthodoxorum ceu securius prolatam antidac
improbavit; ita D. Ag. Hunnius, Huberianini oppugnator
acerrimus, in explicat. Job. XII. 39. 40. tom. III. opp. fol. 915.
cognoscat: quæ excoecatio cœla est, inquit, ut iusto Dei judi-
cio(malitiose & præfracte indurati) non possint amplius credere,
ad fidem pervenire, circa quam naufragium fecerant, iusto Dei
iudicio scuta est exterricatio, QVI OMNEM ADITUM AD FIDEM
INTERCLUSIT &c. unde consequitur, quod D. Hutterus in Ire-
nico vere Christiano c. 28. artic. 3. p. 90. seqq. scribit, quod
Deus ejusmodi præfractis & induratis peccatoribus suam
GRATIAM PRIUS OBLATAM RETRAHAT, ET HO-
MINEM DESERAT. &c. Quare B. Geierius comment. in Ps.
XXXII, 6. etiam cum Luthero & Formula Conc. art. XI, p. 812.
seq. sentit, quando scribit: Tempus gratiae non est illimitatum,
aut in hominibus arbitrio possum: verum a Deo benignissimo ra-
tione loci, TEMPORIS, PERSONÆ, MODI, (sapientissime
DETERMINATUM, (ergo terminum habet) Luc. XIX, 41.
Jes. XLIX, 8. c. LV, 6. P. CII, 14, LXIX, 14. 1. Cor. VI, 2. Prov.
I, 24.

I, 24. seqq. Id quod hic repetendum erat, ne per falsa & confusa solatia, contumaces peccatores in securitate sua, ab iis qui voluntatis Dei antecedentis & consequentis judicariae terminum distingue & adplicare nesciunt, aut discere nolunt, v. B. Hülsem. *Vindic. Script. artic. XIV.* p. 87. confirmantur, ac inani spe subitanæ conversionis in ultimo vita halitus expectandæ lactentur, æternum pereant, v. D. Raberi *Theol. Witteteb. Medit. Paschæ. conc. 3. p. 273. seqq.* & D. Glässii *Spruch Postill. part. 5. super Es. VI. p. 528. seqq.* qui periculum & damnum animarum ex isthac falsi solatii persuasione, quod omnibus penitus jam iuduratis in agone ultimo, fores gratiae pateant, animadverterunt.


S. LIV.

Reponat quis errantium forte multitudine seductus, aut in ordine salutis a DEO constituto male doctus, exemplis aut propria experientia constare, homines in peccatis mortalibus dum immersos & contumaces, in fine vite penitentiam seriam contestatos resipuisse ; ac adeo gratiam Dei, quam ante cum prorsus induratis repudiassent, obviam atque paratam illis fuisse. Ubi extali quæri posset ; (1. unde ipsi constiterit, quod hic vel ille atrox peccator ante penitus jam induratus, ac adeo in judicio indurationis divino constitutus fuerit, (de quo nobis tantum sermo est.) (2. quo certo indicio sibi proditum, talis peccatoris penitentiam seram, seriam & veram fuisse ; cum malitiosissimus homo, ut Pharaon, Saulus & Antiochus penitentiam non tantum simulare, sed ex justa Dei desertione quandoque etiam tranquillum animum præse ferre possit ; eti forte clam in conscientia sentiat vellicationes. Quot vero etiam sunt, qui ob defectum gratiarum prætracte anteare reiecta, desperabundi animam exhalarunt ? de quibus historia passim commemo-

rat. 3.) Quæstio hic non est aut fuit; an Deus illi mortali-
 um ex malitia sua indurato; at nondum penitus a se deferto,
 gratiam superabundantem aut extraordinariam ad conver-
 sionem largiri velit? Hoc, cum Deus liberissimus gratia sua
 præsertim revocatricis diribitor sit, nemo si economia grati-
 tie peritus est, facile negat; *Rom. XI, 32.* Sed hanc grati-
 am superabundantem in verbo suo non omnibus promisit,
Matt. b. XI, 21, 22, 23. Alias nulla a Theologis totalis & despe-
 rata desertio ante mortem cum Jo. Damasceno statui posset,
 id vero autores *Formule Conc. art. XI*, p. 813, etiam obseruantur,
 diserte hoc discrimen gratia, quod multi hodie ignorant, an-
 notantes; quod **HIC** induretur, excusat & in reprobum sensu
 detur, (que verba de divino indurationis judicio supra §. 47.
 explicato accipienda sunt) **ILLE** vero, qui in eadem culpa heret,
 ad Deum convertatur. Quod ad judicia Dei arcana *Rom. XI, 22.*
 laudata Formula referri, confer *D. Hutteri LL. communes* f.
 799. Ne quis vero oggerat, Deum induratis solam specialem
 aut specialissimam gratiam subtrahere, non autem commu-
 nem, quam assistentem vocat; audiamus *B. Dorftheum*
Pente decat. Disp. IX. §. 34. respondentem: *Male ergo, scribit,*
post Sotum, Greg. Valent. tom. 2 p. 704. gratiam, quam Deus di-
 citur negare induratis & excacatis, non esse illam necessariam o-
 mnibus, ut converti & salutem consequi possint; Sed aliam specia-
 lissimam, qualem concessit D. Paulo, Maria Magdalena & alii
 paucis. Nam eadem gratia, que molitionem & lucem inten-
 debat, indurando & excacando subtrahitur. Et, si in specialis-
 sima gratia subtrahione consenseret induratio, tunc omnes, qui
 bus ista specialissima gratia non consenserunt, non-conversi, indu-
 rati dicendi forent, quod *S. literis* consentaneum non est. Hæc
 igitur qui non caput, aut capere vult, sua pertinacia relin-
 quendus est; ut *Apostolus Acto. XIX, 8.* fecit. interim verbi
 divini minister, qui gratiam Dei pœnitentibus, & simul justi-
 tiam

tiam Dei punitivam præfracte impenitentibus annunciare tenetur eo ordine, quem Formula Concordiae ex divinis literis supra designavit; veritatem divinam non re jicere, multo minus impugnare debet. Deus enim ut gratiosissimus, ita & ju-
stissimus est. Omnibus verè poenitentibus gratia ejus annun-
cianda est; perseveranter vero impenitentibus & penitus in-
duratis ira Dei & judicium ante mortem denunciandum
venit. Qui hoc intermittunt, Deus Jer. XXIII, 14. 22. Ezech.
XIII, 18. 19. corripit & puniet. Memorabile inde Augu-
stini monitum est tom. 8. col. 1122, b. Ergo fratres, quoniam ha-
bemus tempus misericordie, non nobis blandiamur, non nos di-
mittamus, non dicamus: semper parcit Deus: Facio & hodie,
& parcit Deus: Faciam & cras, quia parcit Deus. Attendis ad
MISERICORDIAM, & non times IUDICIUM? Si vis cantare MI-
SERICORDIAM, & IUDICIUM INTELLIGE; quia ideo parcit,
ut corrigat, non ut in malignitate permaneas. Super tali enim
ira Dei manet, Job. III, 36. Nulla enim in S. Scriptura pro-
missio extat; quod Deus gratiam suam revocatricem erga
omnes & singulos contentores ejusdem præfractos, usque ad
ultimum vitæ halitum continuare velt. Proinde recte Dn.
D. Neumannus, editor supra laudati System. Theolog. Lyseriani
ex illius p. 1322. in indice, hoc lemma posuit: GRATIA
TERMINUS, APUD QVOS DAM IN HAC VITA IAM ABSOL-
VITUR. Quod ante cum cum Hulsemanno nostro Dannbauerus
Hodosoph. Phænom. X. p. 879. & multi alii absque ullius
orthodoxi & sani Theologi contradictione statuerunt:
Tempus nimirum gratiae in hominibus singulis suum habere
ambitum nobis ignotum, notum divine providentie, qui PLE-
RUMQUE AD MORTEM USQUE protenditur; nisi OB
GRAVEM CONTUMACIAM PRIUS ETIAM PRÆCIP-
PATER.

Ad alios nun c temptationum casus, qui hinc indeoccur-
runt, progrederemur; nisi brevitaris studium, quod nobis
proposuimus, filum abrum pere juberet: Deus, qui pater
misericordiarum est, nos in via confragosa, insidiis & ten-
tationibus variis obnoxia ac latrociniis infesta, tutos pra-
stet, ac per Christum nos tandem ab omni malo
liberet! Amen.



Mng VI 14

ULB Halle
001 512 978

3




sb

val 18

VD 17 E





Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

B.I.G.

D. D. B. V.
DE
OFFICIO
MINISTRI VERBI
PARACLETIC
DISSERTATIO THEOLOGICA,
QVAM
In Academia Lipsiensi,
MODERANTE
D. ADAMO RECHENBER
THEOL. PROF. PRIMAR. & FACULT. TE
h. t. DECANO,
IN
AUDITORIO THEOLOGICO
D. XXII. Decembr. A. Cbr. M DCCV.
PUBLICÆ Θεολογίαν εξιτάτη
SUBMITTIT
M. JOHANNES DAVID ANGE
Zigelheimens. Osterlandus, Pastor Böhlen
Substitutus.
—
LIPSIAE,
Typis BRANDENBURGERIANIS.

